

homo dividitur in plures particulares homines, individuum uero utroque modo indivisibile est: neque enim in plura differentia forma divisi potest neque in plura eiusdem rationis, & propterea individuum est magis unum quam species, quoniam magis indivisibile, non tamen simpliciter est, unum, quoniam quantum est, & in plures partes distracti potest. Nunc ad Achil linum me uerto, & ad primam rationem negatur minor: ad probationem cum dicebatur actus est qui separat, & distinguit, respondetur, quod ista propositio, intelligitur de distinctione specifica, non numerali. ita quoque Auerro. authoritas intelligitur: & quis est, obsecro, ita ingenio rudit, qui hoc non uideas? inquit enim membra cervi differunt a membris Leonis, quia anima differt ab anima: certum est autem, quod membra Cervi, & membra Leonis specie distinguuntur, & talem distinctionem prouenire ex diversitate specifica animalium Leonis & Cervi. ad alias Auerrois autoritates, reiciuntur omnes illae Auerrois authoritates, ad illam autem rationem qua utitur 2. de Anima 9. individuum est individuum ut in actu, dico quod ista est falsa, nam licet substantia composita individua, & una numero actu sit, non tamen est primo individua quatenus actu est, sed quatenus talis habet materiam signatam, talique accidentium complexione affectam, quod in alio esse non potest.

Zimarae opinio. Cap. 9.



CCV R.R.I T tandem clarissimus Zimara, quippe qui in proprio quaestio eandam causam egit, sed priusquam suam bac de resentientia ponat, nonnulla prius animaduertit, ex quibus illud unum est, quod individuum signatum de quo disputatione est, bif. considerari potest, uno quidem modo secundum esse praedicamentale, & Metaphysicum, ut abstrahit ab actuallia existentia, & ab accidentibus: alio uero modo secundum esse Phisicum, prout est in effectu coniunctum cum transmutatione & accidentibus, quod cum sit aggregatum per accidens, nec dicat conceptum per se unum non reponitur in praedicamento, quo habito: pro dubitationis, resolutione tres ponit conclusiones, quarum prima huiusmodi est, si consideretur individuum ut habet esse Metaphysicum, & praedicamente principia intrinseca, & per se individuationis sunt materia, & forma, quam conclusionem ita probat, principia per se essentia rei, sunt per se principia individuationis, & unitatis numeralis rei, si quidem ex quarto Met. 3. ens & unum idem sunt, & idem est homo, ens homo, & unus homo, & proinde animo consequi minime potest, quod aliqua sunt principia entitatis rei, & non